eſt, vt hõ ab his cõmittendis deſiſtat, cognoſcens ex vno actu,
ſaltem de facto diffamari valeat: ſi tñ poſt tale cõmiſſum bona
vita triẽnalis ſequať, talis amplius nõ diceť quantũ ad pruden-
102 tiã economicã, vt ſuperius dictũ eſt. † De aliquo actu particu-
lari ſi q̃rať an in eo dolus ſit cõmiſſus dico circa quodlibet eoꝝ
que .s. dixi ad prudentiã requiri põt dolus cõmitti ad prudẽtiaꝫ
ẽt vniuerſaliter loquendo requiritur rectitudo mentis. Si ergo
ad mẽtis rectitudinẽ turbãdã aliqd cõmittiť, iſta ſunt perſpicua
indicia doli, vt receptum eſt in eo qui vinum album dedit pro a-
qua: vt ſumens ebrius fieret. Idem puto ſi quid aliud tale com-
miſerit, ex quo mẽtẽ alienari cõtingit. Si vero in particulari q̃-
ratur, requiruntur nomen .ſ. memoria p̃teritorũ, notitia p̃ſentiũ,
experientia, docilitas, deliberatio, ſolertia, prouidentia, circum-
ſpectio, ⁊ cautio. Circa quodlibet iſtorum, aut eñ quis hꝫ expe-
rientiam a ſe, vel aget docilitate ab alio. Dico igitur in his, in
quibus quis hꝫ experientiam per ſe ⁊ a ſe, ⁊ non cadit dolus qm̃
ſcienti dolus, de quo hic loquimur, non infertur circa docilitatẽ,
ergo dolus ſolum committitur proprie. Sed quandoque doci-
litas quamlibet dictarum ſpecierum põt reſpicere: ideo large lo
quendo circa quẽlibet dicere poſſumus, dolum committi. ⁊ ideo
aliqua exempla circa quamlibet prout eſt poſſibile inſeramus.
Rẽ aliquã emi a te, de ea aliqua preſentia, vel preterita intima-
ſti que vera non erant, que ſi ſciuiſſem, empturus non eram. vel
non tanto pretio. Probo ea te dixiſſe, ⁊ ſciuiſſe, et vera non eſſe,
ꝓbatus eſt dolus. Tua eñ doloſitate ⁊ fallacia me decepiſti, et
tui lucri cã idem procuraſti: vt per expreſſionem non veri factã
cuꝫ alio: vt audirẽ, vel diceret mihi ab alio mea decipiť notitia,
qd ſi verbis generalibus vſus eſt, vt bonus eſt hic ſeruus: hic
expreſſe non dr dolus cõmitti. non eñ decipiť mea prudẽtia, cũ
ea particulariũ notitia requiratur. Idẽ ſi ſciebas aliqd p̃teritũ,
vel inſtãs de re, nec me certioraſti. cum eñ ex natura cõtractus
reddere me docilem tenearis, tacendo. improbato more ꝟſatus
es ⁊ meã prudẽtiã decepiſti, quare ergo taciturnitas eſt ꝓbata,
niſi probeť cõtrariũ. Si ꝓbo te ſciuiſſe, ꝓbatus eſt dolus, Sicut
autẽ ea, que dici nõ debẽt ex generali locutione nõ videnť ex-
preſſa, vt dolus videať eſſe cõmiſſus, ita enim ea q̃ taceri nõ de-
bẽt, ſi verbis generalibꝰ exprimãtur, nõ videnť expreſſa. vt excu
ſent a dolo, vt in eo, q ſciebat ſeruitutẽ deberi, dixit, ſi qua ſeruitꝰ
emerſerit, ſe nolle teneri, vel ſi ſciebat fundũ alienum, vel pro ali-
mẽtis obligatũ hac enim machinatione verborũ me decepit. Si
ergo ipſius ſcientia probať, probatus eſt dolꝰ, niſi ſingulariter
cõtrariũ expreſſe doceať, hoc quidẽ noſtris legibꝰ cõprobať, de
emptore idẽ. Quid enim, ſi cũ equũ haberẽ, eũ a me emiſti pretio
cariori: ex hoc nãq; preſumiť dolus. Imperator enim conſtituit,
ꝙ dolus emptoris qualitate facti, nõ quãtitate pretij eſtimetur.
Quod autẽ dixi qualitate facti, interpretatuꝫ ſi eſt, emptor falſa
dixit de re, vituperando eã, diſſimulando preſentia, ⁊ annũciãdo
futura. Quid enim, ſi cum equũ in nũdinis emiſſem, dixiſti eum
mihi habere notũ ipſumq; paudũ, calcitroſum: vel aliter vitio-
ſum, vel ꝙ certo tpe anni conſueuit infirmari. ꝓpter qd tibi vẽ
didi eum, nempe ſi hoc ꝓbať ꝙ hec dixiſti, ⁊ ꝙ ſciebas hoc verũ
eſſe, probatus eſt dolus. ⁊ hoc cũ emptor vituperet ſeu exprimat.
Sed ſi laudes rei vendite tacet vel nõ exprimit: cõſideranda eſt
regula Vlpiani, que generaliter loquiť, tunc cõtrahentẽ eũ im-
probato more in celando verſatũ eſſe. Ad officiũ autẽ empto-
ris ſcdm mores nr̃os non pertinet, rem, que vendiť, laudare: tũc
ergo dolum non cõmittit. Predicta vera, niſi forte venditoreꝫ
in rei ſubſtantia, vel aliter enormiter errare viderit. Quid eñ, ſi
ruſticus auꝝ vendebat pro ere, vel lapidẽ pretioſum pro vitreo,
vel alio vili lapide: Hoc quippe emendo, improbato more ver-
ſatus eſt, ⁊ dolus eſt, ⁊ predicta circa rem ipſaꝫ ſunt: vt qualitas
ipſius. Quid eñ, ſi cum ſcirem reꝝ magnam copiã euenturam, ⁊
ſic ipſarum pretium minuẽdum, ⁊ hoc tibi nõ indicaui, ⁊ ſic pre-
tio cariori emiſti: vel qd, ſi ſcirem penuriã magna futurã, ꝓpter
caſum q aduenerat mercatoribus, q ꝯſueuerunt portare, et tibi
nõ indicaui, ⁊ a te emi p̃tio viliori, hoc quippe dolus nõ videť.
Et hoc q̃ppe Thomas de Aquino in ſcda ſcde, cum tractat de
peccatis que occurrunt circa voluntarias cõmutationes, ſic ait,
cum in futurum res expectať eſſe minoris valoris ꝓpter ſubuen

tum negotiorũ, que ab emẽtibus ignoranť. Venditor qui vẽdit,
ſcdm pretiũ qd inuenit, non videť contra iuſtitiã facere, ſi quid
futurũ eſt nõ exponit. Si tñ exponeret vel de pretio ſubtrahe-
ret, abũde ꝟtutis eſſet, quis ad hoc nõ videať teneri ex iuſtitie
debito. Predicta vera puto. cum tacet: ſecus ſi eius, qd ſciebat,
cõtrarium aſſerebat tunc eñ eſt mẽdaciũ inexcuſabile qd in do-
luꝫ incidit: vt declarabiť in ſequẽti. Et hec de his que ab aliquo
contrahentium proferunť. Sin autẽ tertio ſtatim ſubiungã. cum
cui mutare volebã affirmaſti idoneum eſſe cũ nõ eſſet, an doluꝫ
dicaris cõmittere? Rñſum eſt nõ teneri de dolo: qr hec actio nõ
datur: niſi ex magna ⁊ euidenti cauſa, ⁊ niſi ex perſpicuis probeť
indicijs: vt ſi ꝓbeť de hoc ſciuiſſe nõ idoneum eſſe, tñ lucri cauſa
idoneũ affirmaſti: vt Caius ait, tũc autẽ lucrũ itelligiť, ſi tibi illã
pecuniã ſoluturus erat: vel erat tecum aliqñ ꝯtracturus. Cum
eñ ſimpliciter dico quẽ idoneum, etiã ſi eum pauperẽ ſcio excu-
ſor, qm̃ ſcdm multos ꝓ bonis moribus reputatur, ne illius dete-
gatur paupertas. Unde improbato more ꝟſatus nõ eſt: ⁊ ſic ex-
cuſabile eſt. Sꝫ eo quod inde cõmodum ſpectat, mendaciũ inex-
cuſabile eſt. Itẽ ſi te ingeſſiſti ad hoc dicendum, cum de hoc nõ
eſſes interrogatus. Nõ eñ eſt excuſabile qd quis ad mẽtiendũ
ingerat, cũ ẽt alius eo ipſo qd ſe ingerit, ſuſpectus reddatur. Itẽ
ſi in finibꝰ aſſeueratis nõ ſtetiſti ſi interrogatus vel nõ: vltra p-
ceſſiſti dicẽdo, qd nõ habebã inueſtigare ab alio, hic eñ impro-
bato more verſatus eſt ⁊ tale dictum ſcdm mores bonos culpa-
bile eſt magis, q̃ꝫ laudabile. me enim impediſti ab alio fieri doci-
lem. Item ſi aliquis ſe diceret Titium, cum eſſet Sempronius,
⁊ tu ſciens affirmaſti, lꝫ eñ excuſabile ſit, ſi eiꝰ paupertatẽ non
detegas, nõ tñ excuſabile eſt, ſi eum alium eſſe affirmes: quã ſi ta-
cendo vero tertius dolum nõ cõmittit. nõ eñ cogebať ſe reique
ad ſe nõ pertinebat, immiſcere, ſꝫ loquẽdo ambigue eque doluꝫ
cõmitteret, ex quo eñ ſuo dicto cepit alium iſtruere, clare loqui
103 debet ❡ † Super p̃dictis ad dicta teſtium deſcẽdamus. Quãq;
aliquid dixiſſe probať per teſtes qui audiuerunt, ſcientia eñ al-
cuius qui aliqd audiuit, tacuit, vel obſcure locutus eſt cum ma-
iori difficultate ꝓbať cũ facti ignorãtia reguľ preſumať. Quãq;
tñ ſciẽtia directo ꝓbať: vt ſi affirmauerit ſeruũ fugitiuũ nõ eſſe, ⁊
equũ nõ eſſe calcitroſum ꝓbať p teſtes q dicũt ſe vidiſſe, qd ſer-
uus ſe p̃ñte, vel illo, fugit, ⁊ qd equꝰ eo p̃ñte calcitratꝰ eſt, ⁊ ſim.
❡ Quãq; iſti teſtes de viſu haberi nõ poſſunt, tunc ſciẽtia aliter
vehemẽtioribus probationibus ꝓbãda eſt: vt ſi ſeruus de quo
aliqd affirmauit, ſuus domeſticus fuerat per tpa, ſi equũ de quo
affirmauerat, tenuerat ⁊ recalcitrauerat: vt receptũ eſt in tutore
q etatẽ ⁊ conditionẽ pupilli, ⁊ in conſanguineo cõſanguineũ ſcire
preſumiť. Itẽ ſi ei fuerat dictũ ⁊ denũciatũ per epiſtolã: vel erat
de hoc fama in vicinia: vt cõſtitutũ eſt in tutore qui iſtis modis
ſcire ſe eſſe tutorẽ datum probať. Item illud probabimus in vo-
lente adire hereditatem: qr iſtis modis ꝓbatur ſcire quem mor-
tuum eſſe, ſe inſtitutum, ⁊ ſimilia. Et hoc cum probãda eſt ſcien-
tia alicuius qd non fuit in eſſe ſin aũt tractaretur de probanda ſci-
tia alicuius qd nõ fuit in eſſe, vt ſi volo probare te ſciuiſſe quod
ſeruus non erat cecus: vel quod liber non erat corruptus: cũ ſi
quidem eſt talis negatiua, que per viſum vel per alium ſenſum
percipi põt, ſuberũt oẽs modi probãdi quos diximꝰ alias ceſſa-
104 ret modus ille quo per ſenſum ꝓbať cetera locũ habere. Su-
pereſt aliũ, qr eo ipſo qd cõſtat nõ eſſe, vel fuiſſe id qd aſſeuera-
tum eſt, apparet aſſeuerantẽ dolo feciſſe. Nulla enꝫ ſubeſt cauſa
quare non dixerit ꝓpria malitia, niſi aliquid ad doli excuſatio-
nem probeť. Hoc loco ſubiungendũ eſt qd ſciẽtia alicuius tripli-
citer ſumitur ſcire enim dicimus rem per cauſas cognoſcere, vt
in ſciẽtijs contingit. Dicimus enim aliqd eſſe per rões illius
ſcientie ſic demõſtratur. ⁊ in his dolus faciliter excuſatur diffi-
ciliter probať. Si enim Iuriſta aliquid cõſuluerit vel medicus
⁊ appareat cõtra veritatẽ dixiſſe, non preſumiť dolus cõmiſſus.
Poteſt enim in his quis de facili errare, ⁊ põt moueri rõnibus
apparentibus nõ exiſtẽtibus, niſi probareť corruptus pecunia
vel precibꝰ, vel qd dixerit cognoſcere ſe facere cõtra iuſtitiã. vel
ſi aliqua perſpicua indicia ſupereſſent. Secũdo modo dicimus
ſcire ea, quorũ notitiam habemus ex ſenſibus noſtris, videlicet
viſu, auditu, ⁊c. ⁊ in his dolum vehementer opinamur: vt geſtũ
nobis ab alio renũtiatum: vel quod fama percipimus per hanc
ſcientiam dolus q̃nq; probatur, q̃nq; excuſatur. Quid enim ſi di-
xit, tale quid eſſe, qd nõ eſt, ſi probo mihi pronũciatum fuiſſe. vel
famam eſſe, excuſabor, ⁊ predicta legimus cõprobantur ⁊ adver-
ſus eaꝫ partẽ prudentie que deliberata dr docilitas, dolus cõ-
mittitur: vt ſi cum deliberare vellem de adeunda, vel repudiãda
hereditate, aliquis mihi perſuaſit: vt repudieꝫ, qm̃ ſoluendo nõ
erat: vel vt optem taleꝫ ſeruũ. cum melior in hereditate nõ eſſet
165 de dolo tenebitur ſi callide fecit: vt vlpianus ait. † Qualiter au-
tem probetur quod callide fecerit: Probatur ex his que dicta
ſunt, aduerſus ſol. etiam dolus cõmittitur: vt ſi cũ ad iudicium
pergerem

pergerem iturus in termino aliquid intimaſti, aut dixiſti ali-
quid propter quod non habui neceſſe ire,cum verum non dixe-
ris dolum cõmiſiſti. tua enim calliditate meã ſolertiam impedi
uiſti, aduerſus prudentiam que futura reſpicit. Certe poteſt di-
ci,quod dolus cõmittitur,cũ circa preterita,vel preſentia quis
mentitur. Ex hoc enim ex prouidentia futurorum quis decipit.
Sed ſi nullo dicto de preterito,vel preſenti mihi perſuaſiſti, vt
aliquid facerem:vel non facerem ſi quidem in aliquã delicti ſpe
ciem caderet ex qualitate facti,quod perſuaderet,dolus proba
tur quod ſi in delictum non caderet,vt ſi perſuaſiſti ꝙ ante tem
pus fructus venderem,vel non vẽderem.quia ſic tibi melius vi-
detur ergo tibi credidi, cum tamẽ eſſet deterius hoc idem cum
difficultate dolus probatur.nam an ſic putares,cum perſuaſiſti
ſolũ ex tua deliberatione cõſiſtit quo potuit decipi. ſicut in ſpe
cialibus dictum eſt. Probandi ergo modus hic erit idẽ,qui,ibi,
⁊ eadem aduerſus circumſpectionem,⁊ cautionem dicenda ſunt,
fraus quid ſit poteſt dubitari:ſed Labeo per titu.de pactis,ait
quod i eſt dolo fraus:quod varie interpretatũ eſt. Quidã enim
106 dicũt,† quod dolus eſt genus,fraus eſt ſpecies,ſcilicet quãdo
mei commodi cauſa cõmitto,aliĩ quod dolus,quando re ⁊ conſi-
lio,fraus quando re tantum in hoc videntur magis gloſſatores
inclinare. Huic etiam aſſentit Thomas de Aquino dicẽs quod
dolus committitur ſiue per verba,ſiue per facta,fraus vero per
facta tantum cuius teſtimonio ſtandum eſt. Sed aduertendum
puto,quod interdum fraus ſumitur pro ſpecie diſtincta a dolo.
Nam ad dolum requiritur,quod fiat cõtra aliquam perſonam:
vt patet ex eius diffinitione,ſcilicet ad decipiendũ alterũ fraus
etiam ſi non contra perſonam,ſed legis precepta principaliter
fit:vt cum fraus legi fieri dicitur,ſed quandoqꝫ cõtra perſonam
dolus eſt genus. Fraus vero ſpecies eſt,licet iura quãdoqꝫ iſtis
vocabulis abutantur. Ex dictis autem,⁊ aliĩs dicẽdis, modum
probandi lector inueſtiget.

a
107 Latiorem[a] † culpam dolum eſſe Proculo
diſplicebat,Celſo veriſſimũ vi-
ſum eſt cui⁹ ſententia approbata eſt. Quidã tamen
a ſignificatione verborum ſine cauſa recedentes,ex
ponunt latiorem,id eſt,latam dolum eſſe,id eſt,dolo comparari:
quod nec menti nec verbis congruit,eſt ergo hic latior culpa do
lus ſcilicet preſumptus. Differunt ergo a dolo,ſicut manifeſtũ
a preſumpto. Exemplum ponit Celſus ſi rebus depoſitis adhi
buit eandem diligentiam quam in ſuis. Ex variĩs autem legib⁹
varia colliguntur exempla,quorum pauca referam. Dicit ergo
Ulpianus in tit.mand. Dolus eſt,ſi quis nolit proſequi quod
proſequi poteſt,aut ſi quis nõ exegerit quod exigere poteſt: aut
ſi quis nolit ſoluere,quod exegit, Paulus reſpondit in tit.ad le
gem falcidiam. Dolo carere non videtur qui controuerſia here
ditatis mota legata ſine cautione dat,licet autem omnis dolus
108 probetur ex preſumptione,⁊ indiciĩs:ille † tamen dolus dicitur
manifeſtus de quo ita clare preſumptiones habentur,quod iu-
dex in claram ⁊ perfectam fidem deducitur. Quando autem p̃-
ſumptiones ita clare non ſunt aliqua tñ apparẽt indicia dolus
preſumptus dicitur quidẽ eſt quod culpa latior,hic dolus pre
ſumptus non ſufficeret,ſi criminaliter ageretur,quoniam proba
tiones tunc requiruntur que ſunt luce clariores. Ab hoc dolo
preſumpto excuſatur minor,vt in tit. de eden.receptum eſt, li-
cet non excuſetur a manifeſto, hic dolus ſicut leui preſumptio-
ne inducitur,ita preſumptione leui tollitur,vt preſumptus do-
lus non dicatur. Quid enim ſi res ſuas pretioſiores rebus de-
poſitis p̃tulit:excuſat,vt in tit.mãdati receptũ eſt. Itẽ ſi res p̃-
prias p̃tulit cõmunibus,non eſt dolus p̃ſumptus. Propter ius
eñ,quod in rebus communibus habebat, non eſt preſumptio
quod eam doloſe perire pateretur:vt in tit.familie erciſcun. rece
ptum eſt. Circa predicta autem in modo probandi inſiſtendum
non eſt,quoniam ex ſe patet,⁊ clarius patebit in ſequenti.

ADDITIO.

a Latiorem Uide Bar.in l.quod Nerua,ff.depoſi.⁊ ibi vide
apoſtil.in verſi.culpa.

109
a Lata† culpa[a] eſt deuiatio indeliberata
ab ea prudẽtia,q̃ ineſt com
muniter oĩbus,qui ſunt eiuſdẽ conditionis,et pro-
feſſionis. Ideo autem dicitur deuiatio generaliter:
vt comprehendat deuiationem ſiue faciendo ſiue omittendo,⁊
q̃d dico indeliberata ad differentiã doli d̃r,qui ex deliberatio-
ne manifeſta vel preſumpta ꝯmittitur. Ex eo q̃d d̃r ꝙ ab ea pru
dentia apparet,ꝙ prudẽtie opponit. Ex eo q̃d d̃r que ineſt cõ-
muniter omnibus,differt a leui,leuiori ⁊ leuiſſima,vt patebit i-
ferius quod vero infra dicitur, qui ſunt eiuſdem conditionis, et
profeſſionis, adĩcitur propter latam culpam,que communiter
ab aliquo in aliqua arte perito,cuius experientia cõiter oĩbus
non ineſt,qui ſunt eiuſdẽ artis: dicitur autem lata culpa,que eſt
manifeſta ⁊ publica ⁊ omnibus patet,vt Paulus,de verborũ
ſignifi.proponens ait, Late culpe finis eſt,nõ intelligere quod
omnes intelligunt. Uel poteſt dici lata culpa hoc eſt ampla,et
magna. Nam vt Ulpianus ibidem ait lata culpa eſt,negligẽtia
nimia non intelligere quod omnes intelligunt,⁊ etiam hoc ſen
ſu hic aſſumimus. Iſta enim eſt culpa magna maior eſt culpa la
tior maxima eſt culpa dolus,non enim poteſt maior culpa eſſe,
110 quam ea que ex vera deliberatione committit. Hec autem † cul
pa lata poteſt committi cõtra quãlibet prudẽtie partem. Quid
enim ſi quis ignorat preſentia vel preterita que cõmuniter oĩs
ſciunt: Uel quia ſi prudentes non conſuluit de eo quo oĩes cõ
muniter aliorum conſiliũ quererent,vel quid ſimile fecerit latã
culpam dicemus eſſe cõmiſſam. Committitur eñ hec culpa fa-
ciendo quod fieri non debet,⁊ in non faciendo et in omittendo
ſeu negligẽdo ꝙ fieri dꝫ cõmittitur, et de quibus aliqua infera-
111 mus exempla.† In faciendo quidem exempla ſunt multa Qui
mea gerebat negotia, domum edificauit,nec legum formam ſer-
uauit,lata culpa eſt,⁊ probatio manifeſta, Conductor pullum ni
mis et premature onerauit vnde mortuus eſt,lata culpa eſt.
Probabitur autem hec per homines qui talis animalis mini-
ſterio vtuntur, pullos enim communiter ante dictum tempus
non ſunt ſoliti onerare ⁊ hoc per teſtes qui dicunt quod ſic vi-
derunt onerari per homines dicte conditionis. In modo enim
faciendi ſciendum eſt,ꝙ de factis q̃ habẽt cauſam permanentẽ
ex aſpectu preſenti poteſt de maleficio p̃terito iudicari, vt quod
murus ſit male factus vel domus male compoſita,vel liber ma
le ſcriptus ⁊ ſimilia:et ſic teſtes poſſunt dicere male factum eſſe
illud opus quia illud viderunt ⁊ quia communiter homines il-
lius conditionis ⁊ artis a tali defectu abſtinere viderunt vel di
cunt ꝙ viderunt communiter homines illius artis ſic operari
quod opus in tale vitium non incideret. Sꝫ ſi dixerit teſtis,ꝙ
omnes homines illius artis a tali vitio vidit abſtinere,videt̃ ꝙ
falſum aſſeruit,quia non potuit omnes homines illius artis vi-
dere. Sed eius dictum ſuſtinendum puto,vt intelligatur, om-
nes quos vidit operari, exemplo iuriſconſulti, qui volens pro-
bare ꝙ libero⁊ educatio ſit iuris naturalis,rationem adiecit di-
cens, Uidemus enim omnia animalia huius iuris peritia cenſe-
ri: conſtat enim quod non omnia animalia viderat et quod ait
in titu.qui ſatiſd.cogan. inter omnes, ſcilicet de hoc interroga-
tos,⁊ plura ſimilia. Diceret aliquis, potuit vidiſſe paucos,ſed
hoc non cõtingit in artibus que in ciuitatibus multũ frequen-
tantur. In his vero que raro non probarentur, in his habent
cauſam tranſeuntem,contingit etiam ꝙ ex preſenti notitia poſ-
ſunt multa facta preterita iudicari,vt ſi menſor certum agri mo
dum retulit eius cuius culpa poteſt ex preſenti experientia de
monſtrari. Idem in eo,qui per ſeruum imperitum ſcidit, vel vi-
neam imperite putauerit,nam intra certum tempus poteſt im-
peritia facti precedentis detegi,⁊ ſic ille erit modus probandi
quem dixi Quedam vero factã ita pertranſeunt,vt ex nulla pre
ſenti notitia poſſit de preterito iudicari,vt ſi equum tibi commo
datum currere,vel ſaltare plus ſolito coegiſti, vltra id quod cõ-
muniter homines illius conditionis feciſſent, tunc per teſtes
qui actum viderunt,eſſet probandum, Quedam autem in facien
do,modo dixi hanc culpam committi, poteſt contingere reſpe-
ctu loci.temporis,perſone,⁊ omnium qualitatum quas circa de
licta Iuriſconſultus dixerat que per ſingula explicare longiſſi-
112 mum eſſet nec expediens Quoniam † dictum eſt[b] in hoc libello
b qualiter probentur omnia que requiruntur: ad hoc colligitur
omittendo, ſeu negligendo, quomodo committitur lata culpa.
Hec autem negligentia ſenſu non percipitur,ideo non ſuffice-
ret teſtem dicere quia vidit ſed oportet aliqua facta dici ex qui-
bus iudex de negligentia iudicet. Oportet autem per negligen
tiam omitti id quod communiter homines illius conditionis
non omiſiſſent. Hec autẽ negligentia ex his que preſentia ſunt
probatur recte cõmiſſa. Per totum enim annum ex vinee aſpe-
ctu cognoſcitur ſi putata non fuerit ex multitudine ſarmento-
rum,vel ſi predium cultum non fuerit agnoſcitur ex multitudi-
ne herbarum ⁊ ſpinarum. Communiter autem omnibus ineſt
hec prudentia,vt,vinee putẽtur,predia colantur,hoc itaque tã
notum eſt ꝙ probatione non indiget. Poterit ergo teſtis dice-
re,vidi vineam non putatam,agrum nõ cultum iſto anno, quia
vidi ex hoc enim ſola negligentia coloni qui in latam culpã ca
dit,comprehenditur. Quedam vero negligentia ex aliquo pre
ſenti comprehendi nõ poteſt,⁊ quoniã neceſſe eſt per teſtes de
viſu probari vt ſi domum omiſiſti claudere,⁊ fures ingreſſi ſunt
vel ſi certa hora,⁊ certo loco venire debuiſti,quod facere omiſi
ſti,poteſt idẽ probari per teſtes,qui illa tota hora ſteterũt ⁊ vi
derunt,ꝙ nõ veniſti,nec venire potuiſſes quin te vidiſſent. In-
terdũ latitudo loci vel tẽporis non patitur,vt per teſtes de viſu-

te non veniſſe, probari poſſet. quid enim ſi debebat venire Pe-
ruſium? Quis enim per viſum comprehendere poſſet te non ve-
niſſe in tam lata terra, vt ſi eſt lata terra, vel quid ſimile itra an-
num venire debeas certo loco, vel aliquam impoſitionẽ ſolue-
re? Et hoc modo occurreret, quod duo illo loco toto anno ſte-
tiſſent, tunc em̃ difficile eſt, tũc aut alius modus ꝓbandi videt
inuentus, ſi forte inde publicus confectus eſt liber omnium ve-
nientium, vel omnium ſoluentium, in quo talis non reperitur.
Poterit etiam probari per illos, qui in ciuitate illa explorauerunt a perſonis, qui ſcire hoc debebant, et in locis in quibus ve-
riſimiliter venire debebant et non reperitur eum veniſſe, ꝓba-
tum eſt eum non veniſſe, vt Pomponius reſpondit, Si Lucius
Titius ante Calendas in Italiã non venerit, decem dare ſpon-
des, vt non ante peti poſſit ꝙ exploratũ ſit, nec veniſſe, nec ve-
nire poſſet. Cui congruit, quod eſt receptum probari quem non
eſſe ſoluendo, ſ. per diſcuſſionem, vtiqꝫ diſcuſſioni locum eſſe iu-
ra conſuluerunt, cum aliter probari non poſſit ad iſtas coniectu-
113 ras recurri neceſſe eſt. Pone, † aliquẽ negligentẽ infirmo medi-
cum non adhibuiſſe, hec culpa lata[a] eſt. Probabitur autem per
aſtantes ⁊ vicinos, cum medicus de facili ad infirmum non va-
dat quominus per vicinos nõ videatur, ſi infirmitas fuerit lon-
ga. Ita quod neceſſe fuit ꝑ medicũ viſitari ſepius etiam ꝑ me-
dicos ciuitatis, poterit iſta negligentia ꝓbari ſi ſingulariter di-
[b] xerit ſe non vidiſſe veniſſe, hi em̃ magis de facto ſuo interrogan-
c tur quam teſtificentur. Dicet aliquis [c] non ſufficit probare me-
dicum nõ eſſe adhibitum, forſan em̃ non erat in ciuitate niſi hoc
probetur. dico in ciuitate ⁊ locis ĩ quibus eſſe preſumitur copia
medicorum peritorum legibus ⁊ canonibus comprobatur. In
alĳs autem locis ad hanc negligentiam arguendam probari de-
bet ibidem medicũ fuiſſe qui poterat adhiberi. argu. eius quod
Vlpia. ait tunc imputari ſocio ſi alĳ non commiſit cum em̃ ab-
futurus fuerat facilis erat per alium ſocietatis adminiſtratio ꝑ-
dicta, ⁊ exerceri poterat, ⁊ hoc ſi perſone conditio, ⁊ quantitas
patrimonĳ requirebat, vt medicus etiam ex vicinis ciuitati-
114 bus quereretur. † Similis dubitatio oritur vbicunqꝫ negligen-
tia aliter arguitur in eo quod perſonam vel rem aliquam non
adhibuit, vbi neceſſe erat: ⁊ hoc cum de culpa in aliquo certo a-
ctu adhibita queritur, contingit interdum queri ſimpliciter an
aliquis ſit negligens, deſidioſus culpabilis tali culpa que in la-
tam culpam cadit. Hi ſunt qui licet ex ſermonibus mentis cõ-
potes videantur, tamen furioſi faciunt exitum quibus tanquam
prodigis datur curator vt diuus Pius reſcripſit, ⁊ Vlpia. in ti-
tu. de tuto. ⁊ curato. retulit. Hi proprie prodigi non ſunt, quoniã
prodigalitas in expendendo conſiſtit nec proprie appellantur
deſidioſi ſeu negligentes quoniam hec culpa etiam in facien-
do committitur vt nimia ſeuitia in ſeruos vel nouas et pericu-
loſas negotiationes inchoãdo, talem enim dicimus culpoſum.
Ad hoc igitur, vt huic culpoſo ⁊ prodigo curator detur proba-
ri oportet ſic male tractare eũ negotia ſua, quod niſi ſubuenia-
tur ei, deducetur in paupertatem. vt eiuſdem Principis reſcri-
pto continetur, ſiue hoc faciendo, ſiue negligendo oſtẽdat. Po-
ne enim aliquem ſolum in neceſſarias cauſas expendere, tamen
ob hoc pecuniam ſub vſuris accipere, ⁊ prediorum ſuorum cul-
turam negligere. ſuoſqꝫ fructus pati marceſcere potius quam
ſuo tempore vendere, pro alĳs fideiubere incaute, impoſitiones
publicas non ſoluere, ex quo in graues penas incidit, ⁊ ſimilia.
Iſta quidem proprie ad prodigalitatem non pertinent, ſed ma-
gis ad imprudentiam, que poteſt culpoſitas nominari.

ADDITIONES.

a Bern. Lan. ¶ Lata culpa. Vide Barto. in l. quod Nerua. ff. de
poſi. ⁊ ibi apoſtil, Alexan. in verſic. culpa ⁊ Alex. l. item querit. in
principi. ff. pro ſoc. in duobus locis. in additio.

b Tho. Dip. ¶ Quoniam dictum eſt. No. Bar. hic, qui ponit que
requirantur ad probandam negligentiam, adde eundem Bart.
in conſi. cũ. chariſſime domine. verſi. poteſt etiam. ⁊ ibi ſcripſi in
additio. ⁊ vide Fely. in capit. ſi autem aliquis. verſi. negligentia
probatur. vbi citat Bar. in d. conſi. cũ. de reſcrip. ⁊ glo. in clemẽ.
fina. in verſicu. negligentia. de relig. do. ⁊ cui culpe aſdcribatur
negligentia, vide Barto. in l. ſi mora. vbi doct. ff. ſolu. matrimo.
⁊ no in l. ſecunda. in glo. in verb. negligentia. C. arb. tut. ⁊ in l ſi
ſeruum Stichum. in prin. in gl. in verſi. in non faciendo. ⁊ ibi per
Bar. ff. de verb. obli. ⁊ vide gloſſ. in verb. negligentibus. in cap.
queſitum. de pen. ⁊ remiſ.

c ¶ Dicet aliquis. Vide Bart. in l. prima. in ſi. princ. in proe. Di-
geſtorũ. ⁊ in l. itemqꝫ. verſi. non enim cogitur. ff. pro ſoc. ⁊ Saly.
in l. hac edicta. §. his illud. C. de ſecun. nup.

a
115 LEuis culpa [a] † que ꝓprie ad Iuriſtas
ꝑtinet, diuerſimode cõſi-
deratur. Aliter enim ſumitur in rebus alienis, ſeu
alĳs debitis, aliter in rebus communibus inciden-
ter aliter in communibus ex conuentione. Primo modo leuis
culpa eſt deuiatio indeliberata ab ea prudentia que ineſt dili-
gentibus hominibus qui ſunt eiuſdẽ cõditionis et profeſſio-
nis qd̃ Paulus volẽs oſtẽdere, cum dictũ eſſet in pignoratitia
actione venire, ⁊ dolũ, ⁊ culpam ſubiunxit hec verba, Ea igitur,
que diligens paterfamilias ſuis rebus preſtare ſolet, a creditore
exigitur, ⁊ idem in tit. ad legem Aquil. ait culpã eſſe ꝙ cum ali-
quid diligenter prouideri potuit non eſt prouiſum. Per hoc
dico, ꝙ ab ea prudentia, que ineſt diligentibus, differt lata cul-
pa. Per illam enim deuiatur a prudentia que communiter ineſt
eſt omnibus: per hanc autem ab ea que requiritur in diligenti-
bus ⁊ expertis hominibus illius cõditionis. Cetera diffinitio-
nis verba expoſita ſunt in precedenti. Contingit autem hanc
culpam committi circa omnes prudentie partes tam in facien-
116 do quam omittendo, Aliqua exempla ponamus. † Facta que-
dam ſunt que ſua natura regulariter hanc culpam includunt vt
ſi furtum rei commodate factum eſſe aſſeris. diligens enim ho-
mo bene cuſtodiendo precauiſſet, niſi forte ab vxore factum eſ-
ſet vel ab alia perſona fida, de qua confidendum magis, quam
precauendum erat vel ſi fortia facta eſſet, vel magna vis adhi-
bita doceatur. Item ſi equum quia ferrum perdidit, aſſereres
damnificatum: diligens enim homo ſua prouiſione ab hoc pre-
117 cauiſſet ſepius pedes videndo. † Quedam vero facta culpam
ſine expreſſione manifeſtant, vt ſi vineam meam vindemiaſti,
⁊ vinum vuis commiſtis in dolĳs recondidiſti tempore debito,
poſſum tamen tuam culpam arguere, quod cõiter oẽs hoĩes di-
ligentes illius conditionis ſimiles vuas habentes faciunt, fa-
cere ſoliti ſunt ꝑ tꝑa ꝑterita ſeparatim, ⁊ hoc ꝑ teſtes qui dicãt
ſe vidiſſe quod tu illas commiſcuiſti, ⁊ quod ex hoc res mea
tantum ſit deterior: vel probarẽ poſſum, oſtendendo quantus
ſit valor vini excuſſi ex vuis ſeparatis, ⁊ quantus eſt valor vini
excuſſi ex vuis cõmiſtis: tunc exceſſus apparet, quod diligens
118 paterfa. hoc debuiſſet prouidere. † Omittendo etiã ⁊ culpa cõ-
mittitur, huius autem exempla facilia, ⁊ modi probandi faciles
ſunt, ⁊ quoniam ex predictis colligitur, non proſequar. Ex re-
bus vero communibus cõmunioni incidenti incidit culpa, que
119 ſic diffinitur, Leuis culpa eſt deuiatio † indeliberata ab ea dili-
gentia quam ſuo tempore, ſeu illo tempore ſuis rebus adhibet.
Paulus enim in titulo famil. erciſcund. ſic ait, Non tamen tales
diligentiam preſtare debet heres qualem diligens paterfami-
lias, qm̃ hic propter ſuam partẽ cauſam habuit gerendi, ⁊ ideo
negotiorum geſtorum ei actio non competit: talem igitur dili-
gentiam preſtare debet qualem in ſuis rebus. Eadem ſunt, ⁊ ſi
duobus eadem res legata ſit, nam ⁊ hos coniungit ad ſocietatẽ
non conſenſus, ſed res. Ex his verbis a viris ſubtilis ingenĳ ꝓ-
latis apparet qualis culpa eſtimetur, et qualiter aliter quã ſu-
120 pra ſumatur, hec autem ſtatim declarabuntur. † Circa res vero
communes ex conuentione culpa leuis ſic diffinitur. Leuis cul-
pa eſt deuiatio indeliberata ab ea diligentia quam ante contra-
ctum rebus ſuis adhibere ſolebat. Paulus em̃ ait. Socius ſocio,
etiam culpe nomine tenetur, id eſt, deſidie atque negligẽtie cul-
pa autem non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt. Suf-
ficit enim talem rebus cõmunibus adhibere qualem rebus ſuis
adhibere ſolet, quia qui parum diligentem ſociũ ſibi acquirit,
de ſeipſo conqueri debet. Hoc idem Imperator in libro Inſti-
tutionum conſtituit, ſed cauillari poteſt: cum enim adhibere de-
bet diligentiam illam, quam in ſuis adhiberet preſupponit eũ
diligentem ⁊ ſic tenetur ad id quod diligẽs homo facturus eſ-
ſet. Videtur enim idem in alienis quod in cõmunibus. Sed fa-
teor, quod eum videtur preſupponere diligentem illa tamen di-
ligentia que communiter ineſt omnibus, que largo modo dili-
gentia eſt, ſed non proprie, vt hic ſumitur, quod ſi ſic acciperet
diligentia vt accipitur, quod declarabitur in culpa ſequẽti ſe-
121 do quod idem ſit in alienis ⁊ communibus. Cuius gratia ſcien-
dum eſt, quod licet plures alias ſpecies poſſumus facere, tamen
inter ſe quelibet habet gradus ſuos, dolus enim maior eſt ſi ſit
corruptione pecunie, quam ſi ſit precibus: ſic enim ex alĳs cau-
ſis dicitur maior et minor. Latior culpa dicitur maior vel minor,
ſecundum quod leuis vel grauis eſt doli preſumptio. Lata e-
nim culpa dicitur maior vel minor, ſecundum quod in eo ex-
ratum eſt, vel manifeſtum, vel manifeſtius, vel manifeſtiſſi-
mum. ſimiliter ⁊ culpa leuis, de qua loquimur. Nam inter om-
nes diligentes vnus eſt in maiori gradu diligentie, quam alter.
In propoſito ergo dico, quod culpa leuis in rebus alienis eſti-
matur, ſi deuiat ab ea diligentia vel prudentia que ineſt dili-
gentibus eiuſdem conditionis et profeſſionis. Intelligo au-
tem de hominibus diligentibus ſimpliciter in quocunque gra-
du diligentie quis deuiet in leui culpa. In rebus vero com-
munibus ſufficit quod habeant eandem diligentiam quam in
122 ſuis, forſitan em̃ in ſuis erat in ſummo gradu diligẽtie. † Sub-
eſt

eſt alia dubitatio, quid erit, ſi quedam cōia erant, forte merces quarū ſimiles proprias nunq̄ habuerat, quomodo talis culpa poterit eſtimari cū ad exemplū ſuarū teneatur, nec tale reperiatur exemplar, nēpe ex predictis apparet reſpōſio, videatur em̄ in quo gradu diligentie erat in ſuis rebus, licet res iſta eēt cōmunibus diſſimilis, in eodē gradu diligentie, in cōmunibus eſſe cenſetur. Hoc ex verbis predictarum legū oſtenditur. Dicunt em̄ requiri eā diligentiā, quam in ſuis ſimpliciter, nec ad res ſimiles cōmunibus ſe adſtringit. Si tñ ſimiles res reperiātur, culpa talis clarius denuncietur, ⁊ quod teſtes haberent dicere facile eſſet. Sꝫ qñ ad gradus diligentie recurrimus, eſt difficilis, ſed in culpis ſequentibus declarabitur. Alia etiam dubitatio ſubeſt, cum in rebus communibus incidenter culpa eſtimetur, ſi non adhibet eam diligentiam quā in ſuis adhibebat. Quid em̄ ſi tūc in ſuis nullam diligentiam adhibeat, nec tunc circa res ſuas aliquid feciſſe probari poteſt? Dico, diligentia eſt quedam executio prudentie. Prudētia aūt eſt habitus mentis ⁊ ſic cōſiſtit in animo. Sicut ergo poſſeſſio ſemel habita, animo retinetur, ⁊ continuatur, niſi probetur interruptio: ita hac diligentia probata, diligentia anterior ſuis rebus illo tempore adfuiſſe preſumitur. Quid ergo articulandum, quid probandum, patet ex predictis.

ADDITIO.

a T. D. Leuis. Uide Bar. in l. quod Nerua. in verſ. quarto quero, quid eſt culpa. ff. depoſ. ⁊ ibi vide apoſtil. in ver. culpa latior.

123 a LEuior † a culpa eſt deuiatio indeliberata ab ea prudentia, que ineſt diligentibus hominibus, qui ſunt eiuſdem conditionis, ⁊ profeſſionis. Hanc culpam antiqui legum latores, vel noſtri iuris interpretes, per ſpeciem culpe diſtincte a leuiſſima nō poſuerunt, ſed de ea ſicut de leuiſſima vniformiter iudicarunt, quia igitur inter eas non eſt iuris diuerſitas, antiquorum ſeq̄ntes veſtigia vno nomine leuiſſimam appellamus.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Leuior. Uide Bar. in l. quod Nerua. vſ. tertio quero. ff. depoſiti.

124 a LEuiſſima a † culpa eſt deuiatio indeliberata ab ea prudētia, q̄ ineſt diligentioribus hominibus, ⁊ diligentiſſimis, q ſunt eiuſdem conditionis et profeſſionis. Et quod dico, diligentibus ⁊ diligentiſſimis, dico ad differentiam leuis culpe, ⁊ de deuiatione ab ea que ineſt diligentioribus. Caius in tit. de act. ⁊ obli. loq̄ns de cōmodatario, ſic ait, Alias tamen exactiſſimam diligentiā cuſtodiēde rei preſtare compellitur, nec ei ſufficit eandem diligentiam adhibere quam in ſuis rebus adhibet, ſi alius diligentior cuſtodire potuerit. Et idem Imperator in lib. Inſti. conſtituit de ea que ineſt diligentiſſimis. Adeꝫ Caius in tit. commo. ſic ait, In rebus commodatis, talis diligentia preſtanda eſt qualem quiſque diligentiſſimus paterfamil. in ſuis rebus adhibet. Cum ergo receptum eſt in commodato venire leuiſſimā, apparet ꝙ deuiato ab ea diligentia, que ineſt diligentibus ⁊ diligentiſſimis, eſt culpa leuiſſima. Ex eo enim qđ dicitur, quiſque diligētiſſimus, apparet loqui de diligētiſſimo cuiuſque
125 gradus. † Qualiter ergo cognoſcant diligētes, diligentiores, et diligentiſſimi, ⁊ qualiter gradus inter eos, vidēdum eſt: Cuius gratia vnum exemplum intelligibile ponamus, in etate ſenili, q̄ vt noſtri maiores tradiderunt, incipit a ſeptuageſimo anno excluſiue, ⁊ terminatur in centeſimo anno. Illud eſt enim longiſſime vite tempus, ⁊ ſic in ſuperlatiuo. Aſſumamus igitur medium inter iſta, ⁊ quod eſt lxxxv. dico ergo quod vſque ad iſtud mediū eſt ſenilis etas, abinde ſupra dicitur ſenior, vſque ad ſuperlatiuum. Abinde intrat ſuperlatiuum, et dicitur longiſſimum vite tempus. Iſta tria cauſa doctrine ponūtur vt ſpecies, et quelibet iſtarum habet ſuos gradus. Nam quot anni, quot menſes, vel quot momenta ſunt in quolibet dictum temporum, poſſunt dici gradus illius differentes ſecundum plus et minus. Ita in propoſito imaginamur terminum a quo diligentia incipit, ⁊ eſt illa communis prouidentia, que communiter omnibus ineſt, quantumcunque rudibus, ⁊ groſſis, poſt illam ſtatim incipit diligentia, ⁊ progreditur vſque ad exactiſſimam diligentiam, que vltra non progreditur. Ille igitur, qui habet diligentiam aliquam aſcendendo gradatim, vſque ad medium totius latitudinis diligentie, ille dicitur diligens, ille vero qui excedit medium vſque ad vltimum terminum ille dicitur diligentior. Ille vero, qui vltimum terminum attingit, ille dicitur diligentiſſimus, ⁊c.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Leuiſſima. Uide Bar. in l. quod Nerua. ⁊ ibi apoſt. in ver. culpa. ff. depoſiti. ⁊ Bal. in l. ſolam. verſ. Item ſi volo probare. C. de teſtibus.

# Quedam Baldi, ad materiam teſtium pertinentia.

In auth. ſed iudex. C. de ſacroſanctis eccleſijs.

a SEd iudex. a Iſta dictio ſꝫ, aduerſatur ⁊ corrigit inquantū lex Cod. dicebat, quod epiſcopus non admittitur ad teſtificandum. Et not. primo, quod iudex cauſe debet ire, vel mittere ad epiſcopum, quando epiſcopus producitur in teſtem. Secundo not. quem decet mittere: quia debet mittere de ſuis, puta notarium cauſe, qꝛ per eum debent ſcribi acta, qui ſcribere cepit in cauſa, vt C. de ſport. l. j. ⁊ in auth. de heredib. ⁊ falcid. §. ſi vero. Hoc declarat Iacob. But. in l. prima. ff. de offic. proconſ. ⁊ per Barto. in l. ſi vni ex pluribus. alias, Pomponius. ff. de re iudica. Item, quia cauſe continentia non diuidatur, vt in c. ad hoc vnxit nos. extra de ſequeſt. poſ. ⁊ l. nulli prorſus. C. de iudic. Tertio not. quod teſtis debet dicere id quod nouit, id eſt quod ſenſu percipit. ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. fin. et quia veritas in omnem partem eadem eſt: neceſſario ex hoc ſequitur quod debet deponere veritatem pro vtraque parte. Not. quod teſtis debet deponere de veritate, non de credulitate, ⁊ pro vtraque parte. Circa hoc vide que not. Bart. in l. is poteſt verſic. pro declaratione huius de acqui. her. Tu dic quod id, quod quis aſſerit, preſumitur credere. Et que ſit iuſta cauſa credulitatis, vide per Barto. in l. cum quidam. §. j. verſi. item iuſta ratio, de acqui. here. et ita ſeruat conſuetudo ſecundum gl. hic, quam not. ⁊ adde quod dicam in l. proxima, ⁊c.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Sed iudex. Adde quod iſta ſunt verba Bald. in l. nec honore. C. de epiſcop. ⁊ clericis, in verſic. In tex. ibi, ſed iudex. ⁊ ideo caſſaui hic, vt ibi videas.

¶ In l. preſbyteri. j C. de epiſc. ⁊ cler.

1 ☞ Preſbyteri non torquentur pro teſtimonio.
1 a PResbyteri. † a Preſbyteri ſunt p̄uilegiati. vt occaſiōe teſtimonij nō torqueantur, ſed in alijs clericis ſeruatur ius cōmune, ſi falſam tamen dixerint cauſam, puniuntur. h. d.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ Preſbyteri. Iſta ſunt verba Bal. in l. preſbyteri. prima. C. de epiſ. ⁊ cleri. idcirco caſſaui hic, vt ibi videas.

¶ Bald. in l. conuenticula. C. de epiſcop. ⁊ cleric.

a COnuenticula. a Proſequitur in lectura huius legis q̄dam que pertinent ad materiam teſtium Baldus ibi, dum dicit, modo venio ad teſtes.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Conuenticula. Iſta ſunt verba Bald. in lect ſua in l. conuenticula. C. de epiſcp. ⁊ cler. in ver. modo venio. ⁊ ideo ſequuntur addi. ad trac. Barto. ſ. dictum, vt j. ſequitur, ⁊ ea propterea caſſaui.

1 ☞ Teſtis debet reddere rationem dicti per ſenſum corporis, qui dicto congruat. ⁊ num. 3.
Teſtis, qui in reddendo rationem dicit, videtur mihi quod poſſedit decem annis, probat. num. 24.
2 Teſtis deponens ſuper his que percepit intellectū magis quā ſenſu, non probat niſi reddat rationem dicti, etiam non interrogatus.
4 Senſus eſt quid generale ad omnem ſenſum corporis.
5 Teſtis deponens, quia preſens fui, intelligitur, ⁊ intelligens vt probet.
6 Dictum teſtis ambiguum, quomodo declaretur, remiſſiue.
7 Teſtis deponens de valore, rei, ſi deponit de credulitate vel opinione, probat.
8 Teſtis deponens ſuper identitatem rei qualiter habet deponere: ⁊ ibi, ſi de ſanitate, vel infirmitate, etate, vel de ſenectute. ⁊ num. 14.
9 Uerba enunciatiua in teſtibus non probant.
10 Teſtis ſuper qualitate animi deponens qualiter probet.